maritum poterat recognoscere recedebant enim dolentes relictis corporibus non ~~in~~sepultis et quibusdam sine vulnere semivivis qui defecerant in fuga non deficerent debilitate spiritus pro labore et blasphemantes civitatem maledicebant ei.

Destructum est enim predictum castrum monsaltum et recesserant florentini lucrosam victoriam reportantes.

1207 Anno millesimo ducentesimo septimo mense iunii. unde versus:

Est factum planum mons altum nomine vanum.

Item versus:

M.CC.VIJ. domini comprehenderat annos
t. episcopus cum misero sucubuere sene
Mensis erat iunius Indic. dena kl
Iunii precedens tunc duodena dies.
Nam qui sunt soliti vi debellare superbos
hii virtute sua perdomuere feras
Multa prius passi que demens illa senensis
Urbs perpetrarat intularatque diu
Iam florentini stultos punire volentes